Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vitae Christi pars secunda - Cod. Aug. perg. 23

[Reichenau ?], [15. Jh.]

Capitulum LXXV

urn:nbn:de:bsz:31-41582

Visual Library

hic quod magna fuit nequitia iudeorum circa dominum ihesum que etiam post eius mortem non cessavit et quod maior bonitas eius circa illos de quorum salute nichilominus curam habuit. Quibus exemplis et nos provocamur ut eius bonitatem circa inimicos imitemur.

Domine ihesu christe ad cuius resurrectionis famam deprimendam iudei militibus pecuniam copiosam dederunt et ad pervertendum veritatem eos corruperunt da michi ut pecunia non corrumpar vel corrumpam nec pro temporalibus et transitoriis umquam aliquid sed semper in veritate permaneam et liberer per eam. Da etiam michi ut sicut post resurrectionem tuam surgentes testes extiterunt tibi sic et ego merear de te verbo et opere testificari et in resurrectione spirituali tecum et cum tuis electis partem habere et cum eis tecum in regno tuo sine fine te miserante gaudere. Amen.

Quomodo dominus apparuit petro et ioseph et iacobo minori ac sanctis patribus

Dum ergo magdalena et socie eius redeuntes domum narrassent discipulis resurrexisse dominum petrus merens quod ipse dominum non viderat nec quiescere valens propter amoris vehementiam quam ad eum habebat discessit subito ab aliis ad querendum dominum et solus ibat versus sepulchrum nesciebat enim ubi eum alibi quereret. Dum ergo pergeret dominus ihesus in via ei apparuit licet evangelista ubi vel qua hora fuerit non designaverit. Tunc petrus videns dominum procidit in terram et veniam petiit de hoc quod eum dereliquerat et pluries negaverat. Dominus autem peccata sibi dimittens et eum consolando confortans dixit ei ut confirmet et eciam fratres suos. Stant simul et cum gaudio colloquuntur ad invicem et sic hic similiter pascha magnum. Singulariter ergo petro apparuit qui singulariter eum negavit. Omnium autem virorum quos evangeliste et apostoli commemorant primo dominus petro. Pluribus de causis seu racionibus apparere voluit. Prima est ut qui primo confessus est eum christum esse primo resurrectionem eius mereretur videre. Secunda ut mentem eius que in passione titubaverat reformaret et qui timore passionis evidencius ceciderat per spem resurrectionis prius resurgeret. Tercia ut petrum tunc negacionis ei indultum ostenderet consolans eum ne desperaret. Quarta ut apostolatus eius ordinem consolidaret et ipsum in eo roboraret. Quinta ut facto doceret qualiter subditis suis penitentibus condescendere deberet quantumcumque peccassent. Sexta ut peccatoribus omnibus spem venie et veniam daret ostendendo quod peccatores non desperent. Septima potest addi secundum Criso. qui dicit Non enim simul omnibus se manifestabat ut sereret fidei semina. Nam qui primo viderat et certus erat aliis inferebat. Deinde sermo prodiens preparabat animum auditoris visioni. Et ideo primo digniori et fideliori omnibus apparuit. Erat enim opus anime fidelissime que prius acciperet hunc aspectum ut minime turbaretur inopinata visione. Post petrum vero aliis apparuit quandoque paucioribus quandoque pluribus. Hec Criso. Petrus vero benedictione a domino accepta rediens ad domum et ad discipulos eis omnia narravit et deinceps in omnibus multum fidelis deo permansit. Petrus interpretatur obediens et typum obedientium gerit quibus dominus sepius apparere consuevit.

Discedens igitur dominus ihesus a petro apparuit ioseph qui eum sepelierat in monumento suo. Nam ut legitur in evangelio nazareorum cum audissent iudei quod ioseph a pylato corpus ihesu pe-

tiſſet et ipm̄ ita honorifice in monumto
ſuo ſepeliſſet indignati adverſus eum
ceperunt ipm̄ eadem veſpera qua ſe-
pelivit dnm̄ et in quodam cubiculo di-
ligent clauſo et ſigillato recludentes
incarceraverunt alligantes eū ad co-
lumpnam in ipo carcere et volentes pꝰ
ſabbatum ipm̄ occidere Et ecce ſtatim ī
ipā die cenis ſuſpenſa domo a quatuor
angulis dominus ad eum intravit et ei
letus apparuit eum qꝫ conſolans faciem
eius exterſit et oſculum dedit et deinde
ſalvis ſigillis eum educens et liberans
in domū ſuam in arimathia ipm̄ ad-
duxit Vide quomo dominus ſuos non
obliviſcitur uſqꝫ quaqꝫ nec derelinqꝫ
ſꝫ tandem eos conſolatur et adiuvat ſu-
os temporibus ſuis quia ipē eſt adiutor
in oportunitatibus in tribulatione
Unde Criſo. Hoc ſiquidem dei eſt iſte
certiſſimꝰ ut cum mala ad tumulum
ſuū venerint cumqꝫ viderit ſuos gra-
viter afflicti et adverſarios tyrannide
quadaꝫ contra ſe impietatis attolli vl
potius mentis ebrietate bacchari divi-
nitatis ſue potē per ſignū demoſtret
hec Criſo. Nichodemū vero ipius io-
ſeph ſociū in ſepeliendo dnm̄ dicunt
quidam interim latuiſſe ꝓpt metū
iudeorum Joſeph interpretatur augme-
tum vel appoſitio per longanimitate
et typum gerit perſeverantiū ī bono
ope quibus ſepe dns dignatur appare
Apparuit etiaꝫ dominus ipā die
Jacobo minori ut in epla ad corinth.
tangitur qui in cena devoverat et iu-
raverat ſe non comeſturū panem ab
illa hora qua calicem domini biberat
donec a mortuis eum ſurrexiſſe vi-
deret Cum ergo uſqꝫ ad diem reſur-
rectionis Jacobus non guſtaſſet ap-
parens dominus dixit ei et hiis qui
cum eodem erant ꝓponite menſaꝫ et panē
Deinde panem accipiens benedixit ac fre-
git et poſt dedit iacobo dicens ei frat
mi comede panem tuū quia filius ho-
minis a mortuis ſurrexit Iſta refert
Joſephus et ſic iero. in libro de viris
illuſtribus Vide quomodo hic qui non
ſolum panem ſubſtantialem ſꝫ etiaꝫ ſup-
ſubſtantialem ſcꝫ xp̄m eſuriebat utroqꝫ
conſolari et refici meruit Non enim per-
mittit dominus illos qui eum vel ꝓpē
eum eſuriunt fame vel inedia deficere
ſꝫ dat in ſe ſperantibus eſcam oportuno
tpre et implet eos benedictione Jacobꝰ
interpretatur luctator et typum gerit eo-
rum qui in temptationibus ſunt for-
tes et vicia viriliter ſupplantant quibus
dominꝰ etiaꝫ frequenter ſe manifeſtat Eſto
ergo petrus obediendo eſto iacobus vicia
ſupplantando eſto ioſeph de virtute ī vir-
tutem proficiendo et in hoc pſeverando
et non obliviſcetur dominus te per
ſuam graciaꝫ viſitare et prout tibi ex-
pedire noverit conſolari Et ſciendū
qꝫ etiaꝫ cui ſe dominus in quacūqꝫ
ſpecie dignatur oſtendere nūqꝫ dimittit
ſine conſolatione et aliqua ſalubri re-
velatione Quod patet in omnibus ap-
paritionibus ſuis poſt reſurrectionem ſuaꝫ factis
Nam marie matri ſue pre ceteris plꝰ
de morte eius dolenti et reſurrectionem eius ex-
pectanti totus feſtivus et glorioſus ap-
parens totum merorem et leticiaꝫ con-
vertit ita qꝫ omnis doloris priſtini ob-
lita fuit Mariam etiam magdalenaꝫ
cui in ſpecie hortolani apparuit plora-
tem conſolabatur vocans eam nomine
ꝓprio et dicens maria quo verbo ſtatī
converſa ac conſolata et edocta cogno-
ſcens dnm̄ cum gaudio magno dixit

tibom reuelauit qr ei dominus myste-
rium sue uoluntatis dicens vade ad fres
meos et dic eis ascendo ad patrem me-
um Item tres mulieres quibus occur-
rit consolatus est dicens Auete Et deim-
de subiungens nolite timere eisqz myst-
terium suum reuelauit dicens Ite nunciate
fratribus meis ut eant in galileam ibi
me uidebunt Item duobus discipulis
euntibus in via apparuit in specie pe-
grini quibus aperuit sensum scripture
et eorum corda fecit ardentia et demum in
fractione panis eos plene consolabatur
sua noticia Item cum appareret discipu-
lis congregatis in unum in propria spe-
cie consolabatur eos dicens pax uobis quid
turbati estis ego sum nolite timere vi-
dete manus meas et pedes meos et ap-
peruit illis sensum ut intelligerent scrip-
turas Et sic similiter deus in qualibet alia
sua reuelatione consolatus est uidentes
se cum aliqua reuelatione unde non
dubium est quin similiter et hic istos suos di-
lectos consolatus sit Dominus igitur
ihesus inde discessit quia non dum istos
patres post resurrectionem suam visitauerat
quos in paradiso deliciarum dimiserat
Redijt ergo ad eos procedens in stola
candida cum multitudine angelorum
quem ipsi in tanta gloria a longe con-
spicientes cum incredibili gaudio exul-
tatione et iubilo canticis et laudibus
eum susceperunt et procidentes in terram
adorauerunt Deinde surgentes et stan-
tes coram eo reuerenter et iocunde com-
pleuerunt laudes suas feruenter et omni qua
poterant deuotione O qualis cantus
et quanta gaudia ibi erant ubi tanta
concio sanctorum simul psallebant O quam
bonum et quam iocundum talibus interesse
uel saltem aliquid de hiis percipere Ap-

propinqua ergo et tu si permitteris
et admiscere laudibus istis uel saltem
ausculta a longe et iocundare in eis
Domine ihesu xpe da ut sicut
petrus obediens et iacobus
uicia supplantando ac ioseph de uirtu-
te in uirtutem per augmentum proficiendo
et in hoc per longanimitatem
perseuerando ut tu qui illis tam glorio-
sus dignatus es apparere dignis et me
sepe per tuam gratiam propicius visitare
Da etiam michi ut sicut sancti patres
gaudium de tua presencia habuerunt cum
te post resurrectionem tuam glorificatum vi-
dere meruerunt ita et ego in illo ineffa-
bili gaudio quo nunc tecum gaudent
in celis mereor de conspectu tuo semper
gaudere cum eis Amen Quomodo
dominus apparuit duobus discipulis in via

Ipsa autem die resurrectionis dominice duo
ex lxxij discipulis eius de
ierusalem egressi ibant uersus ca-
stellum emaus quod dista-
bat ab ierusalem stadiis lx idest septem mili-
bus passuum et quingentis Octo quippe
stadia faciunt miliare unum et sic dista-
bat ab ierusalem per vij miliaria et dimi-
dium quorum duo uel secundum quosdam tria
faciunt unam leucam Unius istorum duorum
nomen exprimit lucas tamen inquiens
nomen cleophas alterius uero nomen
tacet causa humilitatis quia secundum
gregorium creditur fuisse ipse lucas sed secundum
ambrosium putatur fuisse amahon filius
rufi Et cum ipsi quasi desperati de ihesu
ad inuicem de hiis que acciderant sci-
licet de eius conuersatione et morte tristes
conferrent maxime dolentes quia eum
sine culpa et innocenter occisum noue-
rant venit dominus ihesus et iunxit se illis
scilicet corporaliter et spiritualiter et ibat